

# Prologus in Pentateucū

artantur: instaurat templum: inuros extrahunt ciuitatis: omnisq; illa turba: populi reduntis in patriam: et descriptio sacerdotum leuitarum israel: proselitorum: ac per singulas familias murorum ac turrium opera dividua: aliud in cortice preferunt: aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarū amore raptum: excessisse modum epistole: et tamen nō implesse quod volui. Audiuius tantum quid nosse quid cupere debeamus: ut et nos quoq; possimus dicere. Concupiuit anima mea desiderare iustificatiōes tuas in omni tempore. Ceterum illud socrati, cum impletur in nobis. Hoc tātum scio qd nescio. Tāngam et nouum breuiter testamētum. Matthaeus. Marcus. Lucas. et Iohannes: quadriga domini et verum cherub quod interpretatur scientie plenitudo p totum corpus oculatim sunt: scintille emicant. discurrent fulgura: pedes hñt rectos: et in sublime tendentes: terga pennata et vbiq; volantia tenent se mutuo sibiq; pplexi sunt et quasi rota in rotam voluntur et pergunt: quocunq; eos flatus spiritus sancti perduixerit. Paulus apostolus ad septem scribit ecclesias: octaua enī ad hebreos a plerisq; extra numerum ponitur. Timothicum instruit ac titum et philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur: super quo melius tace / re puto: qd pauca scribere. Actus apostolo, rum nudam quidem videntur sonare histriam: et nascentis ecclesie infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum lucam esse medicum cuius laus est in euangelio, animaduertimus pariter omnia verba illius anime languentis esse medicinam. Jacob: Petrus: Iohannes: Judas: septē epistolās ediderunt tā mysticas qd succinctas et breues pariter ac longas: breues in verbis: longas in sententijs: ut rarus sit qd non in earum cecutiat lectione. Apocalypsis iohannis tot habet sacramenta quot yba. Iam dixi: et pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multipli- cates latent intelligentie. Oro te frater charissime inter hec vivere: ista meditari: nihil aliud nosse: nihilq; aliud querere: nōne videatur tibi iam hic in terris regni celestis habitaculum? Molo ut offendaris in scripturis sanctis: simplicitate et quasi vilitate verborum que vel vitio interpretationum vel de industria sic prolate sunt: ut rusticam contionez facilius instruerent: et in una eademq; sententia aliter doctus: aliter sentiret indoctus. Non sum tam petulans et hebes ut hec me

nolle pollicear: et eorum fructus capere in terra quorum radices in celo fixe sunt: sed velle fateor: sedenti me prefero: magistrum reuens: comitem spondeo. Detenti datur pulsanti aperitur: querens inuenit. Hiscamus in terris quorum scientia nobis per se ueret in celo. Quidam te manibus excipiā, et ut in epte aliquid ac de hermagore tumiditate effundam quicquid quesieris tecum scire conabor.

VIII

**H**abes hic amantissimū tui fratrem Eusebium qui litterarum tuarū mīhi gratiam duplicauit: referens honestatem morum tuorum: contemptum seculi. fidem amicitie. amorem christi. Nam prudentiam et eloquii venustatē: etiā absq; illo ipsa epistola preferebat. Festina queso: et herenti in salo nauicule funem magis prescinde qd solue. Nemo renūciatur ususculo bene potest vendere et que contemptit ut venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris pro lucro computa. Antiquū dictū est. Quaro deest tam quod habet: qd qd nō habet. Credenti totus mundus diuinarū est. Fidelis autem etiam obolo indiget. Hic viuamus quasi nil habentes: et omnia possidentes. Victus atq; vestitus: diuitie christiano: um sunt. Si habes in potestate rem tuam vende: si nō habes proijce. Tollenti tunicam: et pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrđtinans et diem de die trahens caute et pedetenti tuas possiunculas vendideris nō habet christus unde alat pauperes suos. Totū deo dedit qui se obtulit. Apostoli tantum nauem et reitia reliquerunt: vidua duo era misit in gazzophilatum: et prefertur cresci diuitijs. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat esse mortitum.

Explicit epistola sancti Hieronymi presbyteri ad Paulinum presbyterū. Incipit prefatio sancti Hieronymi presbyteri in pētateucū.

**E**siderij mei desideratas accepi epistolās: qui qdādam presagio futurorū cum daniele sortitus est nōmē: obscrātis ut trāslatum in latinam linguā de hebreo simone pentateucū vestrorum auribus traderem. Periculōsum opus certe et obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me asserunt in

8 4

septuaginta interpretum suggillationē no-  
 ua pro veteribus cūdere: et ita ingenī qua,  
 si vīnum probātes: cum ego sepissime testa-  
 tus sim me pro virili portione in tabernacu-  
 lo dei offerre que possum: nec opes alterius  
 aliorum paupertate sedari. Quod vt aude-  
 rem originis me studium prouocauit q̄ edi-  
 tionī antique translationem theodotionis  
 miscuit. asterico et obelo: id est stella et veru-  
 omne opus distinguens: dum aut illucesce-  
 re facit que minus ante fuerant: aut super /  
 flua queq; iugulat et pfodit: et maxime que  
 euangelistarum et apostolorum autoritas  
 promulgauit. In quibus multa de veteri  
 testamento legimus que in nostris codici-  
 bus non habentur: vt est illud. Ex egypto  
 vocavi filium meum: et quoniam nazare⁹ vo-  
 cabitur: et videbunt in quē cōpuncerunt. et  
 flumina de ventre eius fluent aque viue: et  
 que nec oculus vidit nec auris audiuit nec  
 in cor hominis ascendit que preparauit de-  
 us diligentibus sc̄ et multa alia que ppriuz  
 syntagma desiderant. Interrogemus ergo  
 eos vbi hec scripta sunt et cū dicere non po-  
 tuerint de libris hebraicis proferamus Pri-  
 mū testimonīū est in osee: secundū in Esaiā:  
 tertīū in Zacharia: quartū in Proverbiis  
 quintū eque in Esaiā. quod multi igno-  
 rantes apocryphorum deliramenta sectan-  
 tur: et hiberas nenia libris autenticis pre-  
 ferunt. Causas erroris nō est meū expone-  
 re. Judei prudenti factum dicunt esse con-  
 silio: ne ptolomeus vnius dei cultor: etiam  
 apud hebreos duplēm diuinitatem depre-  
 benderet. Qd maxime idcirco faciebant: qz  
 in platonis dogma cadere videbatur. De-  
 nigr vbiq; sacramentum aliquid scripture  
 testatur de patre et filio et spiritu sancto: aut  
 aliter interpretati sunt: aut omnino tacue-  
 runt: vt regi satisfacerent: et arcanum fidei  
 nō vulgarent. Et nescio quis primus autor  
 septuaginta cellulas alexandrie mendacio  
 suo extruxerit: quibus diuisi: eadem scrip-  
 titarint: cum aristoteles eiusdem ptolomei hy-  
 peraspites et non multo post tempore Jose-  
 phus nihil tale retulerint: sed in vna basilica  
 congregatos contulisse scribant: nō pro/  
 phetas. Aliud est enim esse yatem: aliud ē  
 esse interpretē. Ibi spiritus ventura pre-  
 dicit: hic eruditio et verborum copia ea que  
 intelligit transfert. Nisi forte putandus est  
 tullius economicū xenofontis: et platonis  
 pythagoram: et demostenis prothesifontē  
 afflatus rhetorico spiritu translusisse. Aut  
 aliter de eisdem libris per septuaginta inter-

pretes: aliter per apostolos spiritussanctus  
 testimonia texuit: vt qd illi tacuerūt: hi scri-  
 ptum esse mentiti sint. Quid igitur? Dāna-  
 mus veteres. Qd intime: sed post priorū stu-  
 dia in domo domini quod possumus labo-  
 ramus. Illi interpretati sunt ante aduentū  
 christi et quod nesciebant: dubijs protulere  
 sententijs: nos post passionem et resurrec-  
 tionem eius: non tam prophetiam q̄ histo-  
 riā scribimus. Alter enim audita: aliter  
 visa narrantur. Quod melius intelligimus  
 melius et proferimus. Audi igit̄ emule ob-  
 trectator ausulta. Non damno: non repre-  
 hēdo septuagita: sed fidēcūtis illis apo-  
 stolos prefero. Per istoz os mihi christus  
 sonat quos ante prophetas inter spiritua-  
 lia charismata positos lego: in quibus vlti-  
 mū pene gradum interpretes tenent. Quid  
 liuore torqueris? Quid imperitorum aios  
 contra me concitas? Sicubi in trāslatione  
 tibi video errare: interrogā hebreos. diuer-  
 sarum vrbium magistros cōsule. Quod il-  
 li habent de christo: tui codices nō habent.  
 Aliud est si contra se postea ab aplis usur-  
 pata testimonia probauerunt: et emendati-  
 ora sunt exemplaria latina q̄ greca: greca  
 q̄ hebraica. Utērū hec cōtra inuidos. Nūc  
 te deprecor desideri charissime: vt quia me  
 tantum opus subire fecisti et a genē exor-  
 dium capere oratiōibus iuuēs: quo possim  
 eodem spiritu quo scripti sūt libri: in latinū  
 eos transserre sermonem.

Explicit prefatio. Incipit liber Genesis  
 qui dicitur hebraice bresith. Capitū I

**T**h̄ p̄cipio cre-  
 auit deus celum et terraz. Terra  
 autem erat inanis et vacua: et te-  
 nebre erant super faciem abyssi.  
 spiritus dñi serebat sup aquas.  
 Dicitq; de⁹. Fiat lux. Et facta est lux. Et  
 vidit deus luce⁹ esset bona: et diuisit luce⁹  
 atenbris: appellauitq; lucem diem. et tene-  
 bras noctez. Factūq; est vespere et mane di-  
 es vnu. Dicit quoq; deus. Fiat firmamen-  
 tum in medio aquarū: et diuidat aquas ab  
 aquis. Et fecit deus firmamentū: diuisitq;  
 aquas que erant sub firmamento ab his q̄  
 erant super firmamentū. Et factum est ita.  
 Vocauitq; deus firmamentum celum: et fa-  
 ctū est vespere et mane dies secundus. Di-  
 xit vero deus. Congregentur aquae que sub  
 celo sunt in locum vnu: et appareat arida. Et

Erlos: 42. 43.